

INDEX DISSERTATIO I. DE ROMANI PONTIFICIS

Ex Cathedra loquentis indefectibili judicio.

- §. I. Statu questionis exponitur.
- S** §. II. Ex oratione a Christo Domino pro Petro sua defunctorum primum fundatum pro infallibilitate Romani Pontificis.
- §. III. Inflauratus argumentum ex altera promissione Christi Petro dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.
- §. IV. Ex oraculo Christi Petro dicentis: Pacce oves meas, infallibilitas Pontificia evincitur.
- §. V. Ratione probatur assumptum.
- §. VI. Effugia adversarius exsufflantur.
- §. VII. Expludit opinio afferentium requiri ad infallibilitatem Judicij Pontificis Romani, consensum universalis Ecclesie, vel Ecclesie specialis Romanae.
- §. VIII. Quot absurdia consequuntur semel admissa necessitate consensus Ecclesie ad infallibilitatem definitionis Pontificie ex Cathedra.
- §. IX. Cujusdam Recentioris opinio falsitatis convincitur.
- §. X. Argumenta perita ex monumentis Ecclesiasticis diluuntur.
- §. XI. Nonnulli Romani Pontifices ab impatis erroribus vindicantur.
- §. XII. Liberis Lapsum expendit.
- §. XIII. De Calumniis ob confitulos Errores Innocentio I. & Zosimo illatis agitur.
- §. XIV. Erroris ab Hormida, & Vigilio depellantur.
- §. XV. Honorius I. a nota heretico abstergitur.
- §. XVI. Erroris quibus notantur Gregorius III. & Stephanus III. justificare deteguntur.
- §. XVII. Eugenius & Nicolaus I. ab errore purgantur.
- §. XVIII. Stephanus VII. & Sergius III. perpetram postulantur de corrupta fidei doctrina.
- §. XIX. Note in recripta nonnullorum Romanorum Pontificum diffundantur.
- §. XX. Errores adversus Innocentii III. & Bonifacii VIII. Confiniis intentati rejeciuntur.
- §. XXI. Objecta Nicolai III. & Joanni XXII. propagantur.
- §. XXII. Clementis VI. Urbani V. & Gregorii XI. protestationis minimi pugnantes cum Pontificia infallibilitate probantur.
- §. XXIII. Aliis Romani Pontifices a labe fallibilitatis vindicantur.
- §. XXIV. Aliae note nequiter offusa evanescuntur.
- §. XXV. Cum infallibilitate pugnat posse errare in facto dogmatico.
- §. XXVI. Alia exigitata distinctio inter Pontificem, & Sedem Apostolicam dirimuntur.
- §. XXVII. Aliud argumentum de infallibilitate Ecclesie particularis Romanae preoccupatur.
- §. XXVIII. Idem argumentum, quo ad aliam partem, de requisito Cardinalium consensu producitur, & prefocatur.
- §. XXIX. Alia absurdia deteguntur, & disiduntur.
- §. XXX. Argumentum de retrahibili iudicio Romani Pontificis per Concilium Generale prostermitur,
- §. XXXI. Argumentum ex Can. Si Papa confringitur.
- §. XXXII. Argumentum a placitis opinantium Scriptorum petitorum, nuper editum, refellitur.
- §. XXXIII. Prosequitur precedenter objectionis exercitus.
- §. XXXIV. Auctoritas Melchioris Cano, sensuque omnis excutitur.
- §. XXXV. Quibusdam monitis ad Anonymum Scriptorem proposita disputatio absolvitur.
- §. XXXVI. Postremum monitus Anonymo scriptori pro veritate subjicitur.
- §. XXXVII. Auctoritates per Anonymum alatae penitus ponderantur.

DISSERTATIO II. DE ROMANI PONTIFICIS

Auctoritate supra Concilium etiam Generale.

- §. I. Quae & qualis sit questio de auctoritate Romani Pontificis supra Concilium etiam Generale.
- §. II. Ex Evangelico textu: Pascere meas: probatur Pontificis Romanum superiores esse Concilio Generali.
- §. III. Ex quo Romanus Pontifex est Vicarius Iesu Christi, supra Concilium est.
- §. IV. Ex auctoritate a Romano Pontifice exercita supra Concilium Generale, illius superioritas denuntiatur.
- §. V. Idem procedens argumentum instauratur.
- §. VI. Ex appellationibus a Concilio Generali ad Papam comprobatur Papa Superior Concilii.
- §. VII. Objecta diluuntur, & primo de Canone si Papa.
- §. VIII. Occurrunt objectioni ex decretis sess. IV. & v. Concilii Constantiensis.
- §. IX. Nonnulla objecta ex Concilio Constantiensis educta, aerea deteguntur.
- §. X. Ex Concilio Basiliensi objectio ducta retunditur.
- §. XI. Academis facientes superioritati Conciliiependuntur.
- §. XII. Antiquitas opinionis de superioritate Concilii
- apud Universitatem Parisensem circumspicitur.
- §. XIII. Objectio de pretento Jure appellandi a Romano Pontifice ad Concilium Generale obterritur.
- §. XIV. Nonnulla dubia ab adversariis objecta expedituntur.
- §. XV. Testimonia seu dicta Romanorum Pontificum, quibus se teneri afferunt observare Canones, explicantur.
- §. XVI. Ad nonnulla exempla responsio.
- §. XVII. Potissimum fundamentum adversiorum sententiae corrollatur.
- §. XVIII. Confectaria compendiario deducta ex dictis in utraque dissertatione promuntur in medium.
- §. XIX. Alterum Confectarium affertur.
- §. XX. Tertium Confectarium accedit.
- §. XXI. Præcedens Confectarium ampliatur, & reboratur.
- §. XXII. Quarum Confectarium educitur.
- §. XXIII. Quintum Confectarium effertur.
- §. XXIV. Sextum Confectarium editur.
- APPENDIX.
- Hallucinatio detecta in Placito Parisiensi.
- APPENDIX ALTERA
- Continenit documenta in opere indicata.

DIS-

DISSERTATIO PRIMA DE ROMANI PONTIFICIS EX CATHEDRA LOQUENTIS INDEFECTIBILI JUDICIO.

§. I.

Status questionis exponitur.



Cturus de indefectibili iudicio, seu de infallibilitate, ut schola loquitur, Romani Pontificis, statum questionis praemittat, oportet; ne ambiguis infinitis implicata ad sensum praepostulat, & suis ipsi principiis hæretat obvoluta. I-

taque queritur: An Romanus Pontifex dicens ex Cathedra, seipso, independenter & diuiso a quilibet conditione, sive previa, sive concorrente, sive consequenti, sit infallibilis (ut scholastici dicunt) quam in causa fidei, vel morum supremum preseruare iudicium, adeo ut de necessaria salutis ad universa Ecclesia sit ei corde, & ore obedientia. Ex Cathedra quippe tunc intelligitur loquens Romanus Pontifex, quando in causa fidei, & morum sententiam ad universam Ecclesiam dicit, cui proinde refrigeri summum est piaculum, quem non nisi ad errorem, vel heresim declinandum remaneat.

Non abnuunt adversarii, quibuscum agitur, proferter Romanum Pontificem in proferendo iudicium ex Cathedra in causa fidei, vel morum, infallibilem esse, dummodo accedit fidelium consensus; qua clausula, five conditione adiecta opinionem obstercentur, quæ in ipso exordio se ipsam interimit; Abenunt limine in diversis prorsus opinandi ambages. Alii etenim consensus universalis Ecclesie contendunt necessario accedere debet, neque explicare curant, an pro complemento, vel pro effectu, vel pro signo, vel pro conditione illum exigere velint, quam lucenti animo disputantibus investigare permittant, salva tamen necessitate eandem expediant, ut iudicium ad fidem pertinere infallibiliter censeatur.

Alli Romanum Pontificem infallibilem esse centent, quum ex Cathedra loquitur, si prævio examine, arque Cardinalium consilio, & assensu, quos Ecclesiam Romanam, intra urbis ambitum clausam, representare intelligent, iudicium ferat in causa fidei, vel morum. Quod perinde est, ad assensum Ecclesie Romane, quatenus specialis Ecclesia est, Pontificiam coarctare infallibilitatem. Requirunt quoque in ferendo iudicio quadam formalas, quas explicare designantur, quia forte neque advenire fut illis possibile.

Vera quantum a via questionis abherent, compertum fit, animadverto, quod adiecta clausula, five conditiones Pontificiam infallibilitatem prorsus profacit, & extinguit. Nonne quilibet Episcopus sententiam dicens in causa fidei vel morum, si accedit consensus universalis Ecclesie Romane, infallibilis evadet? Unde igitur extundi poterit Privilegium Romani Pontificis.

Serry Tom. V.

fici supra ceteros Orbis Antistites, & forte aliquos Judices Ecclesiasticos inferioris ordinis, si æque infallibilitatem in iudicio ferendo possunt sibi arrogare? Cur tot Episcopi, cur tot concilia provincialia, vel particularium diaconion, que tot hæreses, ante coacta concilia generalia, & ante sententiam Romani Pontificis prædammarunt, ejusdem vel paris infallibilitatis prerogativa gaudere non poterunt, semel ac accessisset Ecclesie consensus, pro coronide hujusmodi iudicii latiti?

Quæstionis igitur, de qua agitur, nodus est: An Romanus Pontifex præ ceteris Episcopis tota Orbe dispersis, ex privilegio a Christo Domino Petro concepero, & per Petrum successoribus eius, sit ex ipso ex Spiritu Sancti indecimabilis assistentia infallibilis, quætes ex Cathedra loquitur. Ita esse pro veritate contendo, & negantes suis principiis jugulari, & secum pugnare ostendam; non neglecta Petri Chrysologii sententia dicunt: ferm. 52. Doctoris officium est iusta differere, & mysticis obscurata sensibus lucido astringere, & demonstrare sermonem: ne minor intelligentia inde periclit generat auditori, unde scientiam conferre debuit, & possit salutarem.

§. II.

Ex oratione a Christo Domino pro Petro sua defunctorum primum fundamentum pro infallibilitate Romani Pontificis.

IN suprema nocte cœnæ Christus Dominus cum discipulis suis recumbens, concionem intitulit, qua ardenterissimi sui amoris flammæ explicans, tum in spem futura mercedis, tum in fortissimum remedium pro compescendis mox ingenuis tentacionibus, imparatos eorum animos erexit. Deinde ad Petrum sermonem inflatus, sic eum est alloquens, ut narrat Lucas cap. 22. Simon, Simon, ecce Satan aspergit vos, ut cribraret, scit tritican: ego autem rogarui pro te, ut non deficit fides tua: & tu aliquando conseruos confirmas fratres tuos.

Tria observanda ex se ipso occurunt. I. Fusa a Christo orationem pro Petro efficacem fuisse, suumque effectum obtinuisse. II. Christi orationem pro finali Petri indeficientis interpolatio fuisse. III. Ut infallibilis sua doctrina accepta prerogativa constantes in fide robore, mutantes vel debiles confirmare, devios revocare, ignarus instruere Petrus fatigarer. Singula Sanctorum Patrum auctoritate commonstrabo.

Divus Augustinus de corr. & grat. cap. 8. ait. Sæc. quia preparatur voluntas a Domino, ideo pro illo (Petro) Christi non posset esse iniuriam orationis. Quando rogaris ergo (Christus) ne fides eius deficeret, quid aliud rogaris, nisi ut habere in fide liberinam, sororissimam, invictissimam, perseverantissimam voluntatem? Theophylact. in cap.

K 22.

22. *Lucas.* Quia (inquit) te habeo ut Princeps discipulorum, postquam negato me faveris, & ad penitentiam venieris, confirma ceteros: Hoc enim te decet, qui post me Ecclesia petra es, & firmamentum.

Sanctus Leo serm. 3. Relatis verbis *Lucas* cap. 22. ita concludit. *Pra fide Petri proprie supplicetur*, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mons Principis vita non fuerit. In Petro omnium fortitudine munirunt, & dicens gratia ita ordinatur auxilium, ut firmitas, qua per Christum Petru tribuitur, per Petrum Apostolum conferatur. *S. Agatho* ep. ad Constantiopol. Imp. qua in S. Syn. acclamationibus excepta fuit, inquit: *Hec est vera fide regula, quam & in prosperis, & in adversis veraciter tenuit, & defendit hac spiritualis mater tranquillissimi Imperii vestri, Apostolica Christi Ecclesia: qua per Dei omnipotentis gratiam, a trinitate Apostolica traditionis nunquam erat prohabita, nec hereticis nevitatis depravata succubuit: sed ut ex eisdem fides Christiana percipit, ab auctoribus suis Apostolorum Principibus illibata finiter permanens, secundum ipsius Domini divinam pellitionem, quam juvare discipulorum principi in sacris Evangelis fatus est: Petre, Petre, ecce Satan expetivus vos. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.*

Sanctus Leo IX. ep. ad Petrum Antiochenum scriptit, *Solus sibi ille (Petrus) pro quo ne deficeret ejus fides, Dominus, & Salvator noster asserta se rogasse. Quia venerabilis, & efficax oratio obtinuit, quod batensis fides Petri non deficit, nec deficiens creditur in throno illius usque in seculum seculi; sed confirmabiles corda fratrum variis concitationibus fidei periclitacionibus, sicut usque non confidemus non cessavit.*

S. Bernardus ep. 190. ad Innoc. II. *Oportet, at velut rescribi Apostolatum pericula quaesae: & scandala emergentia in regno Dei, ea praecipue, que de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi possumimus resarciri damna fidei, ubi non possit fides sentire defectum. Hoc quidem bujus prerogativa fedit. Cui enim alter aliquando dicas, ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua? Ergo quod sequitur, a Petri successor exigatur; tu aliquando conversus confirma fratres tuos.... In eo plane Petri impletis vicem, cuius teneatis & sedeva, se vestra admonitione corda in fide fluctuant, confirmatis.*

Innocentius III. epist. ad Patriarcham Constantinopol. ait, (1) *Pro eo (Petro) Dominus se orasse fatus, inquiens, in articulo passionis: ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos: ex hoc innuens manifeste, quod successores illius nullo unquam tempore devarent, sed revocarent magis alios, & confirmarent hecipientes; propter hoc sic ei confirmandi alios potestatem indulges, ut alii necessitatem imponentes obsequendi.*

Tandem omisissis aliis, claudat *D. Thomas* agmen Patrum tam, diserte testificantum Petri, successorumque indeficiencia, in fidei iudicio. Ille enim 2. 2. q. 1. art. 10. docet. *Ad illius auctoritatem persicet editio Symboli, ad cuius auctoritatem perit finaliter determinare ea, que sunt fides, ut ab omnibus inconcussa fide tenuantur: & hoc autem pertinet ad auctoritatem summorum Pontificis, ad quem maiores, & difficiliiores Ecclesie, quæsitiones referuntur, ut dicatur in decretal. extra de Baptismo cap. Majores: Unde & dominus *Luc. 22.* Petre dixit, quem summa Pontificem constituit, ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando confirma fratres tuos: & ratio*

bujus est, quia una fides debet esse totius Ecclesie secundum illud 1. ad Cor. 1, Id ipsum dicas omnes, & non sint in vobis schismata; quod servari non posset, nisi quæstio fidei de fide exorta determinetur per eum, qui toti Ecclesia præstet, ut sic eius sententia a tota Ecclesia firmiter teneatur.

Rex igitur tota in tutto est. Habemus scilicet ex auctoritate Patrum orationem a Christo fusam proprie pro Petro fuisse; sivecum eventum, ne deficeret in fide (2) tunc obtenturam esse, quando conversus ab oris, non cordis, negatione, constitutus Apostolorum Princeps, universæ Ecclesie summus Pastor, confirmandi in fide ceteros fratres pro dignitate, & officio curam efficit sumptus. Habemus quoque promissionem Christi pro indeficiencia Petri in fide ad successores derivatae fuisse, una cum precepto confirmandi fratres neque unquam legitur illigandam fore, vel consensu universalis, vel assensu particularis Ecclesiæ Romanae; alias promissa indeficiencia ambabus, & involucris inextricabilibus implicata ad confirmandum in fide prorsus esset inutilis.

Ea fane quo pacto consistet confirmationis in fide, si semel fratres habuisse poterunt de indeficiencia fide in Petro, de infallibilitate quoque sui iudicii? Hæc necesse foret in limine, neque solidum præbere possent fideles assensum, qualis ab ipso indeficiencia exigitur. Itaque ne Christi officio penitus evanescat, dicendum est cum Innocencio III. superius relato, nihil aliud requiri ad Petri infallibilitatem, neque hanc aliud exposcere, nisi necessitatem obsequendi: Siquidem proprius hoc sic (Petro) confirmandi alios potestatem (indulgit), ut alii necessitatem imponentes obsequendi.

Vim argumenti declinare satagent nonnulli dicendo: Petrum adhuc post Christi fusam orationem defecisse per trian abnegationem, subduntque: non proinde lastam arbitrari, nos posse infallibilitatem Petri, quia conversus valuit confirmare fratres. Cur igitur quilibet alter ejusdem Petri successor æque non poterit, etiam docens ex Cathedra, errare, quia error lata indeficiens fedit Apostolicæ, in qua vel ipse ab errore conversus, vel alter successor sedens refarcire valeat damna fidei, revocando, & confirmingando fideles in veritate doctrinæ?

Hoc effugium est in cassere incidere, Christique orationi, & late pollicitationi illudere. Petrus deficit utique per trian oris abnegationem, ut fuis lacrymis a peccato conversus fieret carceris in exemplum penitentia, ut ait Theophylactus *Luc. 22.* ita permittente, ac disponente divina providentia: sed nondum Pontificia dignitatis honore tunc poriebatur, ut superius innuit. Quorundam autem hoc, si daretur Petrum vel alium successorem in Pontificem eleatum posse in sententia pro Tribunalate lata deficere, quia vel ipse, vel alius violatam fidem compensabit? Si semel est deficiens in fede unus Pontifex, cur fides inviolata permaneat? Cur alteri, & alteri successori non est commune deficiendi periculum? Cur errante Pontifice, tota Ecclesia in eundem non prolabetur errorem? Quomodo confirmabit Petrus, vel successor in fide fratres, quos jam corruptos videbit in ea fide, quam jam violatam a prædecessore propinabat & ipse? Quomodo stat firma, & inconcussa oratio efficax, & pollicitatio certissima Christi.

Proh si hæc admittantur! Undenam fana mente conciperet est hujusmodi Ecclesiam fuisse illam, quam tanta sapientia constituit Christus nunquam in fide defecitum?

§. III.

(1) *Bosquet.* in Gest. Inn. 3. pag. 41. (2) *August.* I. contra Mendac. cap. 6.

DISSERTATIO PRIMA.

75

§. III.

Instauratur argumentum ex altera promissione Christi
Petro dicenis: Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam,

S. Ambrosius de Virg. Non confusus est Petrus, vir enim sapiens, & gravis, & quo esset Ecclesiæ firmamentum, magisterium discipline.

S. Hieron. in Matth. cap. 16. *Ita, & Simon,* qui credebat in Petram Christum, Petri largitus est nomen; ac secundum metaphoram Petri rotæ dicitur ei, adificabo Ecclesiam meam super te.

S. Joan. Chrysost. loquens de Petro ait. Columna Ecclesiæ, & fundamentum fidei Princeps Apostolorum Petrus, super Psalm 50. hom. 2.

Sexcenta alia Patrum testimonia prætero, quænulla allata ad fatigatem fint. Postulabit tamen aliquis, quid Petro advenerit per hanc fundamenti dignitatem, & onus? Huic prudenti expectationi respondeat Magnus Leo in hac verba difertens: (3) *De toto mundo unus Petrus eligitur, qui & universum genitum vocatio, & omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiæ patribus preparatur; ut quamvis in populo Dei multi Sacerdotes sint, maleisque pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principali regit & Christus.*

Hæc prima, & potior prærogativa Petri, qui a Christo constitutus est fundamentum, & basis Ecclesiæ, contra quam nunquam prævalitura essent portæ inferi. Hinc si contra Ecclesiam nunquam valere poterunt tartarea vires, nemo quoque in suspicione adducetur, posse contra ipsum fundamentum præpollere, quod plaus indicat infallibilitatem iudicii, quæ universalis Rectoris munus potissimum expletur. *Magnus, & mirabile, dilectissimi, prosequitur S. Leo, huic vivo (Petro) confortum potentia sua tribus divina dignatio: & si quid cum eo communè ceteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quicquid aliis non negavit.*

Unde si qua auctoritas, si qua potestas, si qua soliditas in doctrina, & ministerio ceteris collata legitur, non nisi per Petrum concepta centri debet, quemadmodum ex D. Cypriano, & D. Ambroso supra relatis discimus. In his verbis Apostolica sedis tanta antiqua, atque fundata, certa, & clara est Carbolica fides, ut nefas sit de illa dubitare Christiano: (4) inquit August. referens verba, & sententiam Zozimi PP.

Pergit deinde (5) S. Leo apertissime, & plausibiliter explicando legitimum jus prælati Prævilegii, dicens: & ego, inquit (Christus) dico tibi, hoc est scit Pater meus tibi manifestavit divisionem meam, ita & ego tibi notam faci excellentiam tuam, quia tu es Petrus: id est, cum sim inviolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio utraque unum; ego fundamento, præter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoque petras es, quia mea virtute solidaris, ut quæ mibi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. Et super hanc petram adificabo Ecclesiam meam. Super hanc inquit foritudinem eternum extram templum, & Ecclesiæ meæ celo inferenda sublimitas, in hujus fidei firmitate conseruit.

Nemo certe contendet in Petro fuisse successores Romanos Pontifices designatos, nisi audet in merito excutire. Nonne Innoc. I. scripsit: (6) *Quoties fidei ratio ventilatur.... non nisi ad Petrum, id est sui nominis, & honoris auctore referi debere?* Nonne S. Hieronymus ad Damasum scribens exclamat: ego interim clamito, si quis Cathedrae Petri jungitur, meus est? Nonne S. Petrus Chrysologus monens Eutychen rescripsit: (7) *Quia a Beatissimo Papa Romana Civitatis prescripta sunt, obedienti attendas; quoniam B. Petrus, qui in propria fide, & vivit, & presidet, praefat quærintibus fidei veritatem?* (8) Nonne D. Bernardus ad Innocentium PP. dixit: *In eo plane Petri impletis,*

K 2 vñem,

(1) Tract. 3. in Matth. cap. 17. (2) Tract. 1. in Matth. (3) Serm. 3. in annivers. sue assumpt. (4) Epist. 157. ad Optatam Episc. (5) Serm. 3. in annivers. sue assumpt. (6) Epist. ad Concil. Milev.

(7) Ap. ad Eutichen. (8) Ep. 190. ad Innoc. II.

vicem, cuius senetis & sedem? (1) Nonne Patres Concilii Tricassini II. ad Romanum Pontificem scribentes fassi sunt: Nos famuli, & discipuli Gallicarum, & Belgicarum Episcopi, vestre auctoritati.... Jūdīcium, quod p̄s̄iōlēgiō dīi Petri, & sedis Apostolice.... protulitis, voto, voce, & unanimitate nostra prosequimur? (2) Nonne in Ephesino Concilio Philippos Presbyter S. R. Ecclesie, ita Patres est allocutus: Nulli dubium, immo scāculis omnibus nūtum est, quod S. Beātissimumque Petrus Ap̄stolorum Princeps, & caput, fideique columnā, & Ecclesie catholicae fundāmentū, a domino nostro Iesu Christo Salvatore humanis generis, ac redemptore clavis celi accepit.... qui ad hōc usq̄e temp̄us, & semper in suis successib⁹is vīvis, & jūdīcū exerceat? Nonne toties in Conciliis generalibus a Patribus acclamatū est: Petrus per os Leonis? Petrus per os Agathonis locutus est? Nonne quā Romanus Pontifex solemnē rītu templū ingreditur, totus clerūs per os canentū festīve enunciā, & corde, & ore: Tu es Petrus?

Quōd hāc tendant, unusquisque expedite percipiet, considerando, hoc unum a Patribus intendi, nem̄a perpetua successione vigere in Pontifice Romano plenitudinem privilegii a Christo Petro collatam, & in unoquaque vivere Petrum, ac regere per eandem infallibilis iudicij auctoritatem, qua ipsum Petrum in terris pollere, declaratum est. Hinc quām (3) Patres vel Cathedram Petri, (4) originem unitatis appellant; vel sedem Apostolica, vel Ecclesiam (5) Romanam Matrem, (6) & Matricem, potentiōrisque principaliat̄ radicem, ac fontem dicunt, non nisi per Pontificis Romani derivationem, ac si Petrus pr̄sideret, accipiunt.

Et sanc̄ car omnes Patres, & Concilia laudarent, ac cogerent ad Pontificem Romanum omnes cauas ad fidem, vel ad mores spestantes reserue, nisi certum expectarent iudicium, & infallibilis ponderis sententiam? (7) Quamobrem Carolus Calvus licet exasperatus scriperit ad Hadrianum II. attamen pro veritate compulsius dicit: Quia quod ex Apostolico sedis nomine secundum sanctarū scripturarū trānit, predicationē nō majorum, & orthodoxorū decretā scribitur, legendum, & tenendum non ignoramus, & quod securi a quoquam fuerit compilatum sive confidūtum, non solum respuendū, sed & redargendum esse cognoscimus.

S. IV.

Ex oraculo Christi Petro dicens: Pasce oves meas, infallibilitas Pontifica evincitur.

Post resurrectionis triumphum frequenter Christus dignatus est Ap̄stolos suos convenire, ut pr̄fētia sua eorum animos demulceret, & sua doctrina celesti imbueret. Ad locum igitur stantibus illis retia ducentibus, astitit Divinus Magister, & prādictio completa copi Petrum semel, & iterum interrogare, dicens: diligis me plus bis? & respondentē Petro: Tu scis quia amo te; repouis Christus: Pasce agnos meos; Pasce oves meas; ut legitur Jo. 21. Pasce agnos, pasce oves, non est aliud, quam omnibus omnino Christiano nomine insignitus pr̄fēdere, docendo, & instruendo, Magisterio, & doctrina.

Discimus singula a SS. Patribus. Ambrosius in

(1) Tom. 3. Concil. Gall. ad An. 878. (2) Concil. t. 3. in act. Ephes. (3) Cypr. & Optat. Mil. de Unit. Eccl. (4) Irene. adv. her. l. 3. cap. 3. (5) Innoc. I. ad PP. Afric. (6) S. Leo M. ep. 77. ad Episc. Vienn. (7) Episc. 41. inter. op. Hincmar. Remen. in fin. (8) l. 10. in c. 24. Luc. (9) Hom. 87. ad Episc. Vienn. (10) Ad Maur. Imp. (11) In Bibl. PP. Tom. 6. (12) Hom. in S. Paral. t. 2. tit. 3. de Cenfeli. & paenit. (13) Concil. t. 2. (14) In Conc. Holsten. (15) Concil. t. 2. (16) Ad Episc. per Illyricum (17) Concil. t. 4.

hēc verba se explicat: (8) Quis enim alius, qui de se hoc facile profiteri possit? & ideo quia solus (Petrus) profiteri ex omnibus, omnibus antefertur. Chrysostomus in cap. 21. Jo: (9) Si quis percontaretur, quonodo Jacobus sedem Hieropolym accepit? Responderem bune (Petrum) rotius orbis magistrum preposuisse.

S. Gregorius M. ep. 20. l. 5. (10) Cunctis enim Evangelium scientibus liquet, quod voce dominica sancto, & omnī Ap̄stolorum Petro Principi Ap̄stolo totius Ecclesie cura commissus est. Ipsi quippe dicitur: Petre amas me? Pasce oves meas... Curā ei totius Ecclesie & principatus constituir.

Theophylactus in cap. 21. Jo: Quām prādicti filii ipse fecerit, totius orbis ovinū prefecularum Petro commitit, non autem alius, sed huic tradidit.

Te enim dico, ut presis orbi, & sequaris me. S. Bernardus de confid. l. 2. cap. 8. Cui enim, non dico Ep̄scoporum, sed etiam Ap̄stolorum, sic absolute, & indiscretē tota commissē sunt oves? Si me amas Petrus, pasce oves meas. Quās? Illius vel illius populus civitas, aut regionis, aut certi Regni? Oves meas, inquit, Cui non planum, non designata aliquis, sed assignasse omnes? Nihil excipitur, ubi distinguuntur nōb̄is.

S. Eucherius Lugdun. Ep̄scopus, sive Eusebius Gallus Hom. in Vig. S. Petri, (11) dicit ei (Jesus) Pasce oves meas. Pr̄ius agnos, deinde oves commisit ei, quia non solum Pastorem, sed Pastorū Pastorū cum constituit. Pasce igitur Petrus agnos, pasci, & oves; pasce filios, pasce & matres; regit subditos, regit & Prelatos. Omnis igitur Pastor est, quia pr̄ter agnos, & oves in Ecclesia nōb̄is est.

Tandem S. Ivo Carnotensis Ep̄scopus serm. in Cathedra S. Petri ait: Provida Dei dispensatione ecclesiarū excubis deputatus est Petrus generali sanctione.... Quem oribus suis Deus pastorem prefecrat generalē.... Nec poteris habere propriū, quem sancta Ecclesia in commune suscepit ministerū.

Mitto alios, quum ex Patribus allatis abunde constet, qualis, & quanta fuerit amplitudo potestatis a Christo collata Petro, de quo S. Joannes Damascenus pr̄dicat: (12) Qui Ecclesie curam suscepturus erat, illud, inquam, columen Ecclesiarū, ille fidei portus, ille orbis terrarū Magister Petrus. Porro reliquum est, ut eandem pr̄rogatiā ad successores commeat videamus.

Agmen ducat S. Innoc. I. referens ad Patres Concilii Milevitani. (13) Diligenter ergo, ait, & congrue Ap̄stolici consulis honoris arcanis. Honori, inquam, illius, quem preter illa, que sunt extrinsecus, sollicito manet omnium Ecclesiarū.

S. Cælestinus ad Ep̄scopos per Illyricum (14) Nōsque precipe circa omnes cura confringimus, quia sua necessitatē de omnibus trāstāndi Christus in S. Petro Ap̄stolo induxit, & ad Episc. Concil. Ephesi. (15) Longius quidem sumus positi sed per plenitudinem totum propriū intuemur. Omnes habet Beati Petri Ap̄stoli cura presentes.

S. Leo M. epist. 5. (16) Es quia per omnes Ecclesias cura nostra distenditur, exigente hoc a nobis Domino, qui Ap̄stolica dignitatis Beatissimo Ap̄stolo Petro Primatum fidei sua commisit.

S. Felix III. ep. ad Acacium ep̄scopum Constantinopolitanum: (17) In diversis generalis Ecclesie curas, quas ubique terrarū cunctis populis Christianis, summi Pastoris vice delegante, Beatissimus

DISPUTATIO PRIMA. 77

mus Apostolus per vigili moderatione dispensat, continuo me sollicitudo maxima, que & Predecessorem incessanter urget, tam Alexandrina Urbis, quam statu fidei totius orientalis regionis exceptit.

S. Gelasius ad Episc. Dardan. & Illyrici. (1) Quoniam pro sedis Ap̄stolica Principatu, cuius solicitude delegata diximus, cunctis debetur Ecclesiis, nos vivimus, si vos statis in domino, magnis gaudentiis triumphabatis,

S. Symmachus Epist. five Apol. ad Anafatium Imper. (2) Catholicis Principes quidem semper Ap̄stolicos Prefules institutiis suis litteris prevenirent, & nō respiciant, consumacē iudicio plectentur.

Innocentius III. epist. (9) Superius relata. Innuens (Jesus) quod successors illius (nō temp. Petri) a Fide Catholica nūquā deviarent... per hoc sic confirmandi alios potestatē indulgens, nō alius necessitatē imponeret obsequendi.

B. Thomas apertissime docet. (10) Subesse, & obediēre Papae est de necessitate salutis.

Episcopi Gallicani ad Innocentium X. datis litteris occasione damnat̄ heres Jansenianæ an. 1653. inquietū: Perspectum enim habebat (Zofimus PP.) non solum ex Christi pollicitatione, sed etiam ex artis priorum Pontificum, & ex anabaptistis adversis Apollinarem, & Macedoniam, nondum ab illa Oecumenica Synodo damnatis, a Damaso paulo ante factis, iudicia pro sancienda Regulae fidei a Summis Pontificibus lata, divinae aequae, ac summas per universam Ecclesiam auctoritate nūt, cui Christiani omnes ex officio, ipsius etiam membris obsequiū prestatē teneantur.

Adeo iucundum est hoc referre, ut nullo labore pergeret in infinitū calamus, nisi torquere lectorum animū pertimesceret. Satis sit. Ex hucusque dictis tria discimus. I. Pasce, pr̄cepsum Petro & successoribus a Christo, omnes, & singulos comprehendere, sive Pastores, sive agnos, nō tem̄ quoscumque fides per totum quālate patet orbem dispersos sub supra cura Romani Pontificis. Non est participandum quod & Deum habet auctorem, & de Celo dicit originem. (5) ait ad rem nostram Bernardus. II. Pasce Universalem Ecclesiam principaliter explicat doctoris & magistrorum munus ad informandum populos, maxime veritate doctrina & morum sanctitate, quod utique praefatur, & continuo pr̄ficitur, tum hæres extirpando prava morum femina eradicando. Egregie idem Bernardus alioquin Eugenium (6) III. Interēst, inquit, proinde tuā dare operam, quam positis, ut incredulū convertantur ad fidem, conversi non aversantur, aversi revertantur: porro perverbi ordinantur ad reūtūdinem, subversi ad veritatem revocantur.

Tandem tertio dicimus, omnes teneri ad obedientiam Romano Pontifici, maxime in his, quā ad fidem, morumque regulam expediens duxerit fane, quod auctoritate Patrum statim ostendam.

Tertullianus de prescript. c. 36. Habet Romanū, unde auctoritas nobis quoque pr̄ficitur est. Utique auctoritas Romani Pontificis, cui refragari nō potest impune, alias auctoritas non est.

Hieronymus ep. 57. ad Damatum scribens ait: Quicunque tecum non colligit, disperrgit, hoc est qui Christi non est, Antichristi est.

S. Nicolaus I. in Romana Synodo. Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones, vel de cetera pro Catholica fide, pro ecclasiastica disciplina & sedis Ap̄stolica Prelate salutib⁹ promulgata contempserit, anathema sit.

(1) Tom. 3. Concil. Gall. ad An. 878. (2) Concil. t. 3. in act. Ephes. (3) Cypr. & Optat. Mil. de Unit. Eccl. (4) Irene. adv. her. l. 3. cap. 3. (5) Innoc. I. ad PP. Afric. (6) S. Leo M. ep. 77. ad Episc. Vienn. (7) Episc. 41. inter. op. Hincmar. Remen. in fin. (8) l. 10. in c. 24. Luc. (9) Hom. 87. ad Episc. Vienn. (10) Ad Maur. Imp. (11) In Bibl. PP. Tom. 6. (12) Hom. in S. Paral. t. 2. tit. 3. de Cenfeli. & paenit. (13) Concil. t. 2. (14) In Conc. Holsten. (15) Concil. t. 2. (16) Ad Episc. per Illyricum (17) Concil. t. 4.

(1) Hormid. PP. (5) L. 3. de confid. c. 4. (6) L. cit. c. 1. (7) Ad Richer. Senonen. Archiep. (8) Ioh. PP. (9) Sup. 2. (10) Opusc. 1. cont. error. Grac. & de region. Princip. L. 1. c. 12. (11) Matth. (12) L. 1. de Serm. c. 6. (13) Concil. t. 4. episc. 8.

edificata. Unde in Constantiopolis fuerunt heretici, luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit, unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur; nec unitas corporis separatur: ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit; profuentes largiter rivos latius expandit: Unum tamen Caput est, & origo una, & una Mater fecunditatis succeditibus copiosa. Et alibi in eodem lib. de unitate Ecclesie, dum ad veritatem originem non redditur, nec caput queritur, nec Magister Celsus doctrina servatur... Loguitur Dominus ad Petrum: ego dico tibi, inquit, Tu es Petrus, & super istam petram aedicabo Ecclesiam meam... & iterum eidem post Resurrectionem suam dicit: Pasc oves meas. Super illum unum aedicat Ecclesiam, & illi pascentes mandat oves suas... Primatus Petrus datur, ut una Christi Ecclesia, & Cathedra una monstretur.

Ex traditione igitur ecclesiastica infallibilitas Romani Pontificis, etiam ex oraculo Christi committens Petro Pastoris Universalis munus, & ad successores hinc derivatum, in tuto est. Eapropter rectitudinem illam professus est S. Theodosius Studita, Ecclesia orientalis lumen ad Paschalem PP. scribens: (1) Re ipsa cognovimus magnitudinem Apostolorum Principis Successorum Romanae Ecclesie prefidere... Vas igitur illius, ac sine rebus ab initio fons orthodoxe veritatis. Vos adversus omnem hereticam proceliam tranquillus sepositus portus Ecclesiae Universae; S. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus scriptis suis exorabat Leonem III. (2) ut precibus, vestrago sufficiat dominica, in hac fide stabiles, simplices, & ab omnibus defectu inanimes persistamus... intraque ecclesiasticae causa scripta (nostrum gregum), constitutum. manifesta divina illius, & Apostolica spiritus doctrina filiale educationis, vocibusque divinitus inspiratis in unum congregetur, & ab infidantium severaria mortibus conservemur. Pari mentis, & oris obsequio, ac veneratione in Ecclesia occidentali Episcopi Hispani, & Hilarium PP. scribebant constituti sunt. (3) Proinde Deum in vobis penitus adorantes, ad fidem recurvamus. Apostolico ore laudatum, inde responsum querentes, unde nibil errore, nibil presumptione, sed Pontificis totum deliberatione praecipit. Et haec testimonia vera sunt, neque interpretatione indigent:

§. V.

Ratione probatur assumptum.

Ecclesia Catholica est ceterus omnium fidelium in una fide, & uno baptismo, juxta illud Unus Deus, una fides, unum baptismum. Haec autem Ecclesia una quoque debet esse, quam perfeccio numeri sit, ad unum ceteros reducere, ut egregie explicat D. Bernardus. (4) Ubi unitas, ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent, sed divisionem, recedentes ab unitate. Igitur in Ecclesia ad unum necesse est ejus Unitatem ducendam, quod proinde omnium sit caput. Quemadmodum enim corpus in plura membra distributum naturali ordine sub uno capite vivit, & regitur. Quemadmodum Ecclesia triumphans in Celsis miro ordine sub uno capite Deo dicitur. Ita quoque Ecclesia militans sub uno capite visibilis conveniat, & regatur oportet. Quia omnia luculentia a S. Cypriano expenduntur in haec verbis: (5) Quonodo Solis multi radii, sed lumen unum, & rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum. & quum de fonte una rixi plurimi defluant, numerositas licet diffusa videatur exundans copia largitati, Unitas tamen seruat in origine. Aevelle radium solis a corpore, divisionem lucis Unitas non caput: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: a fonte precidea rixum, praeceps arescit. Sic & Ecclesia dominis

(1) Baron. ad An. 818. (2) Concil. tom. 7. (3) Ex Concil. Tarragon. (4) L. de confid. c. 8. (5) De Unit. Eccl. (6) De Confid. l. 2. c. 8. (7) Cant. 6. (8) L. 3. de confid. c. 4. (9) De Gen. imperf. c. 10.

ta membrorum compago dissolvatur, oportet? D. Augustinus exprobans Julianum Pelagianum suum criminis, heretofisque vitium, sic illum coarguit. (1) Puto eam tibi partem orbis sufficere debere, in qua primum Apostolorum suorum voluit dominus gloriissimo martyrio coronare; Ecclesia praesidentem Beatum Innocentium si audire voluisses, jam tunc periculosa juventutem tuam Pelagianis laqueis exiesses.

Ut Experimentum comprobatum est, neque Lutherum, neque Calvinum, ut siue de antiquioribus haeretarchis, contumacia accersere potuisse, dum Leonem dum Clementem, ex Cathedra perscriptibus obscuritate simularent, si culpam suam amoliri a se intentarent, exprobando Pontificibus Romanis infallibilitatem sententia contra suos errores late. Julianus quoque respondere potuisset Augustino, cur me discipulum Beati Innocentii fuisse exoptas, si de rebus Pelagianis fallibile proferre potuit iudicium? Itaque fructu damnaarentur haeretici a Romano Pontifice, incusum proscriptoribus errores, & dum expectatur adunatio Concilii Generalis semper valde difficultis, vix imago Religionis in populis conspicetur. E. contra admissa infallibilitate Judicij in Romano Pontifice, bono fidei certissime propicitur, errori statim occurrit, tam vacillantes confirmando, quam incredulos cohendo, & Ecclesiam ipsam validorem reddendo, ut vietrix a tam truculenta peste emergat. Hac providentia credimus constitutam Ecclesiam perpetuo contra portas inferi prævalitum.

§. VI.

Effugia adversariorum exsufflantur.

Primum effugium est, traditionem traditioni opponere. Afferunt siquidem Augustinum docente: (2) Gestus Petrus Ecclesie plenam perponam. Itaque quum narraret Christi domini promissionis Petro facta, intelligi plane potest iuxta Augustinum, aliosque Patres, tunc Petrum in persona Ecclesie eas accepisse, nihilque peculiariis privilegiis fuisse Petru donatum, præter id quod a tota Ecclesia eidem conferunt. Porro quum infallibilitas iudicij ad Ecclesiam ex divina institutione dependeat, perperam absque illa quicunquam Petro, eisq[ue] successoribus quid aliud adscribere.

Non me later Augustinum utraque interpretatione usum fuisse, nempe quandoque explicando Petrum in persona propria, quandoque in persona Ecclesie. Utramque in sua probabilitate relinquendo, ut ipse declarat lib. 1. Retract. c. 21. dicens: Harum autem duarum sententiarum, que sit probabilis, eligat lector. Confitans igitur est tradicio, quod in Petro proprie aedicata sit Ecclesia, etiam fante Augustino loc. cit. dicente: (3) dixi in quadam loco ab Apostolo Petro, quod in illo, tanquam in petra fundata sit Ecclesia; qui sensus est iam cantatur ore multorum in westis Beatisimis Ambrosii, abi de Gallo Gallinaceo ait: Hoc, ipsa petra Ecclesie, canente, culpam diluit.

Quae omnia plane indicant, unam interpretationem, aliam non evertere, sed simili opinioni absque ulla repugnante coherere. Exempli ex eodem Augustino desumpto id confitemus. (4) S. Doctor expendens illud (5) Matth. c. 14. ubi narratur Petrum iussum a Christo super aquas ambulasse, mox trepidantem mergi coepisse docet,

(1) Conc. Ind. l. 1. c. 4. (2) Serm. 22. de divers. c. 9. (3) Retract. l. 1. c. 21. (4) De Car. c. 3. (5) Serm. cit. de divers. (6) De Doct. Christ. c. 4. (7) In Matth. c. 23. (8) Quodlib. 3. art. 9.

Petrum gesisse personam Ecclesie, in qua firmi in fide tuto ambulant, & veniant ad Jesum; infirmi vero, qui trepidant ad omnem flatum, perfrappe metuntur, nisi exortari dominus accurat, clamando: Modica fidei quaere dubitabis? Est ne dicendum, quod haec Augustini interpretatio, figurata, & moralis, aliam literalem, & historiam pene dejicit? Si ita est, atcum est de toto sensu literali Novi, & Veteris Testamenti, quod est absurdum. Placuit Patribus utrumque sensum admittere, & literalem, & moralem, seu mysticum, quin, nisi temere arguantur, & pugnatio dixisse cogitentur. Idcirco & si plures Sancti Patres interpretati sint, Petrum, ut gerentes perfonant Ecclesias pluribus privilegiis a Christo fuisse donatum; non renunt tandem primo posuisse Augustino, cur me discipulum Beati Innocentii fuisse exoptas, si de rebus Pelagianis fallibile proferre potuit iudicium? Itaque fructu damnaarentur haeretici a Romano Pontifice, incusum proscriptoribus errores, & dum expectatur adunatio Concilii Generalis semper valde difficultis, vix imo ex his evincitur, non nisi per Petrum, & in Petro eadem Privilegia fuisse a Christo communicata Ecclesie. Notum quippe esse debet, quod in factis historicis, ad differentiam factorum Propheticorum, prior, & posterior sensus est ille, qui literalis dicitur, cui proinde prior interpretatio coheret. Et haec proinde sufficiant ad primam objectionem.

Alteram traditionem superinducunt adversarii, dicendo a pluribus Patribus Pontificium Petri vocari nunc Cathedram, nunc Apoliticam Sedem, nunc Ecclesiam Romanam, nunc totam indiscriminatim Ecclesias. Hoc modo loquendi ali sunt etiam ipsi Pontifices Romani, parce admodum nominando Petrum, sive se ipsum. Quod argumento est, dicunt adversarii, non fuisse a Christo data illa privilegia, in quibus numeratur infallibilitas, vel ipsi Petro, vel sicut successari bus, in propria persona, sed concessa intelligi debent Cathedram, Sedi, Ecclesie Universalis, vel salem Ecclesie speciali Romanae.

Hoc adversariorum sophisma, Achilles est putandum contra Pontificiam auctoritatem, & infallibilitatem; unde collato pede, dimicandum est. Velim prorsus edoceri, quid ita verba Cathedra, Sedes, Ecclesia Romana, significant? Aut saltem qui sit apud Adversarios illorum sensus? Siquidem illa continuo proferre audio, explicare nunquam adarauim. Dicunt aliqui Cathedram, Sedem, & Ecclesiam Universalis esse verba synonima, adeoque huic collata immediate fuisse a Christo Privilegia Petro dicta, vel commissa. Alii dicunt esse ipsam Ecclesiam speciem Romanam, quam proinde celebrant, ut matrem, radicem, & originem ceterarum ecclesiarum, neque repugnant hinc Ecclesie privilegium infallibilitatis concedere. Sed utraque opinio abhorret a vero, in sensu scilicet primario, & literali, in quo prefata verba sumenda sunt.

Omnia grammatici Cathedrae, sive Sedis nomenclatura, quæ ad rem nihil attinet, advoco D. Augustinum, & D. Thomam, ut totum negotium perfruere exolvant. D. Augustinus ita loquitur: (6) Christus docet, Cathedram in Celsis habet, subola ipsius in terra est. Et D. Thomas super illud Matth. (7) supra Cathedram Moysi federuni, ait per Cathedram significari auctoritatem, sive dignitatem, vel Magisterium a Moysi per successionem in alios derivatum. (8) Et alibi explicat nomen Cathedrae per eminentiam potestatis Judicariæ super alios. Cathedra igitur eminentiam potestatis, sive munieris, locum ubi exercetur, nominat. Quapropter sicut Christus sedens in Celsis ad dexteram Patris omnia iudicat, & doceat in terris: Ita Pontifex Romanus sedens

sedens Romæ, sive exerceit, sive signat, super omnes orbis populos potestatem sui munericis exercit.

Hæc eminentia potestatis primo inest Pontificia dignitat: II. inhæret persona ad illam rite electa: III. veluti per Sinedochenam Sedem, vel Ecclesiæ speciali Romana conjungitur: VI. ex consequenti extensive, & per effectum, etiam ipsi Ecclesiæ Universali insidet. Discrimen tamen est, quod quum Ecclesiæ specialis Romana immediatus sit propria Pontifici Romani, eique proprius inseriat in rebus difficultoribus, per studium Theologorum, ac Doctorum in decretis, & per Consilium Prelatorum, ac Cardinalium, hinc est, quod ipsa Ecclesiæ Romana celebri dicatur privilegio Petri, in Petro insignita, & iisdem comprehendetur encomiis, quibus ipsa Cathedra, vel Sedes Apostolica laudatur.

Dicimus igitur: (non est parendum calamo, quia hoc est totius difficultatis caput) (1) Pontificij, quod explicatus nomine Cathedra, vel Sedis, primo inhæret Pontifici Romano successori Petri, nam sicut ab exordio sedis Antiochiae, ibique privilegiis a Christo donatus potiebatur, cum sua Ecclesiæ, ac sede Antiochenæ, modo, & ordine superius delibato; ita translatâ ab ipso Petro sua Sede Romam, ubi credimus in tacula manufaram, Roma quoque per Petrum, euifque successores, eadem privilegia permanent. Quod si dicantur concessa Sedis, vel Ecclesiæ, non alter intelligendum est, quam in Petro, & per Petrum. Ita expresse docet S. Nicolaus I. (2) Ecclesiæ, inquit, Romana privilegia, Christi oris in Petro firmata, in Ecclesiæ ipsa disposita, antiquitus observata, & a Sanctis Synaxis Universalibus celebrata, atque a cuncta Ecclesia jugaverata, nullatenus infringi, nullatenus communitari. Privilegia, inquam, hujus Sedis, vel Ecclesiæ perpetua sunt. Dicuntur quippe Privilegia Sedis, vel a Ecclesiæ Romana, quia a B. Petri Sedis, & Ecclesiæ Romana ita sunt communicata, ut successor Petri in eadem Sede, & Ecclesiæ iisdem plene fruatur, ac si Petrus ipse frueretur, si adhuc inter vivos esset. Idcirco perpetua dicuntur, quia perpetua successione transferuntur ab uno ad alterum Pontificem ad illam Sedem eleatum.

Et quod ita res se habeat perspicuum reddam. Demus per hypothesis quod docente Spiritu Santo, aliquis Romanus Pontifex transferret ad aliam Urbem Episcopatum suum, ut factum est a Petro. Tunc Pontifici privilegia essent ne, vel dici possent privilegia Ecclesiæ Romana? Nemo certe affirmabit, alias nuna cogeretur nominare hac privilegia, ut Ecclesiæ Antiochenæ privilegia, nequam Ecclesiæ Romana, attenta prima institutione ibi facta a Petro. Ergo si translata Sede, transferuntur privilegia, cogimur inferre, ipsi Pontifici suam Sedem transferenti, tum ipsa privilegia inhærente. Coharet Joannes Gerlonius de potestate Ecclesiæ confidit. 7. dicens:

§. V I I.

Exploditur opinio afferentium requireti ad infallibilitatem judicij Pontificis Romani consensum Universalis Ecclesiæ, vel Ecclesiæ specialis Romanae.

UT mendacio antiquitatis, opinioni sua ad versarii speciem veri astigerent, sanctum Leonem magnum obtrudunt, tanquam assertorem necessitatis consensus Ecclesiæ, ut definitio ex Cathedra Romani Pontificis infallibilitatis fortiori efficitur. Mirum sane, quod doctrina tot retro saeculis incognita, & diffidis inter regnum, & Sacerdotium concepta, inter schismata oborta, inter errores enutrita, toties diffiditorum, & schismatum arte ad juvenam revocata tandem sentiatur.

Audio quendam dicere: si hæc privilegia Papæ insident, defundo Papa perire, & perpetuitate carerent. Sedi ergo vel Ecclesiæ conjungi debent, ut ab illis creatus novus Pontifex mu-

(1) Anton. Hotman, du Droit. Eccl. I. 1. int. op. Libert. Eccl. pag. 313. (2) Ad Michael. Imp. epist. 8. (3) Gen. c. 23.

tor senectam ducere ab auctoritate Sancti Leonis, quam nullus antiquus Pater, vel docto interpretatus est, vel vindicavit, ut adversariis placet. Audiamus itaque Magnum Leonem rugientem quidem, ut par est, pro auctoritate Petri, & suæ omnium sedis, sed non contra illam.

Poſt celebrationem Concilii Chalcedonensis scriptor Leo Magnus gratularias literas ad Marciandum Augultum (1) de Ecclesiæ benemeritum propter operam navatam in favorem fidei in eadem synodo: Et se explicat in hac verba. Nam quum vestro præcipue opere fit effectum, ut per synodale Concilium, dannatis impi dogmatis defensoribus, omnes vores sacrilegus error amitteret, ad ejusdem devotionis pertinet palmarum, si malum quod in suis discibus est opprimit, etiam in quibuscumque reliquis delectatur. Quod facilius Clementia vestra arbitretur inplendum, si per universas Ecclesiæ definitiones sanctæ synodi Chalcedonensis, Apofolice sedi placuisse docentur. De quo quidam ratio non sicut ambigendi, cum ei fidei omnium subscriptori consensus accessit, que ad me, secundum formam Apofolice doctrinæ, ac paterna traditionis emissa est, & per fratrem meum Lucianum Episcopum talia, & ad gloriam vestram, & ad Constantinopolitanum assilium scripta direxerim, que evidenter ostenderent, me ea, que de fide Catolica in predicta synodo definita fuerant, approbare.

Ruris idem Leo Magnus (2) scriptis ad Theodoritum Cyri Episcopum in idem argumentum hisce verbis. Unde gloriamur in domino . . . qui nullum nos in nostris fratribus derisionem sustinere permisit. Sed quo nostro prius ministerio definiebat, universæ fraternalis irretractabilis firmavit consensus, ut vere a se prodilisse ostenderet, quod prius a prima omnium sede formatum, totius Christiani orbis iudicium receperisset, ut in hoc quoque capituli membrum concordent.

Tria dicimus ex mente S. Leonis. Primo ipsum Pontificem transmisso per suos legatos epistolam dogmaticam, in qua regula fidei fuerat exarata, ut Patres Concilii juxta illam exparent doctrinam fidei contra obotos Eutychetis errores. Secundo dicimus Concilium omnia expulsive ad normam Leoninæ definitionis, concludendo: Sicut credit Leo, ita & nos credimus: quod est assentire irretractabiliter, alias non suffit assensus fidei. Tertio dicimus, omnia acta Conciliaria remissa fuisse ad ipsum Leonem, secundum formam Apofolice doctrinæ, quibus postrem autoritatem sua manuum apposuit. Ita enim ad Augultum in cit. epistola declarat: Que mihi de confirmatione fidei Catolica, & hereticorum damnatione placuerunt, libens adjici sententiam meam.

Quid emunant oportes Pontificia infallibilitatem ex verbis Leonis, non percipio? Quia assensus a Concilio praefitus, adhuc subjeciebatur finali sententiæ ipsius Leonis: ergo ad hanc, non ad illud speciat infallibilitatem praestare. Quod si diuersus est assensus irretractabilis: relate ad ipsum Concilium ita se habet, quia se ita credere declaravit; nequam relate ad auctoritatem Leonis, qui sua postrema approbatione irretractabilis definitionis fecit dogma decrerum.

Si autem quis querat: Cur Leo suam definitionem submisit Concilio, si plena gaudebat infallibilitate? Plana pro nunc est responsio, quia suaviter trahere cupiebat Ecclesiæ orientalem in veritatem fidei, & damnationem hereticorum, adeoque voluit, ut ipsum Concilium tanquam a se prodecentem emitteret sententiam, cogereturque in agmen validum ad retundandam hereticæ præ-

Serry Tom. V.

vitatis pervicaciam: ut ipse M. Leo in max. cit. epist. diserte se explicat.

§. V I I I.

Quo absurdia consequuntur, semel admissa necessitate consensus Ecclesiæ ad infallibilitatem definitionis Pontificia ex Cathedra.

NECESSARIUS est consensus Ecclesiæ, ut decreta Pontificis Romani ad fidem pertinant, inquinunt adverfati. Sed qualis, ac quantum esse debet, nemo adamus explicat. Hæc est res maxim momenti, quum agatur de fide, ideology palam, & aperte dicendum est sensus questionis. Sit igitur hypothesis. Editur Bulla dogmatica a Papa. Peto an exigatur consensus totius Ecclesiæ ut sit de fide habenda? Et quidem explicite, an hujusmodi consensus debet ab omnibus Christi fidelibus praefari, quorum congregatio Ecclesia tota est: An a solis Episcopis, qui Ecclesiæ repræsentant: An vero a majori parte Episcoporum: An a solis Episcopis unius Provincie?

Respondent aliqui, tunc evadere Constitutionem dogmaticam infallibilis iudicij, quando accedit consensus Ecclesiæ, quia velint clariorum reddere sui dicti explicationem. Hæc indefinita respondit gestis expetere vel omnium fidelium, vel falem omnium episcoporum consensum. Sed quid absurdius? Quomodo cuiquam innotescere poterit, fides, vel Episcopos per Indorum, Bactrianorum, Seycharum, aut Sinarum, vel per algentes torridasque regiones dispersos, suum adjicere consensum, ut tantum post menses & annos vix contingit ad illos pervenire emanata Constitutio notitiam? Pendulus ne hæredit in sua fide Christianus quilibet, vel Episcopus Europeus, protrahens in avum captivare intellectum in obsequium fidei erga articulum, seu dogma propositum, quia nondum edocitus est de aliorum consensu? Si ita est, injuste, & nequiter habiti sunt Pelagiani, ut heretici statim ac ab Innocentio I. condemnati fuere, quia nondum explorato Ecclesiæ consensu de infallibilitate periclitabantur sententia. Eodem modo de pluribus hereticis, & heretibus loquendum est, quum expedire a sola fide Apostolica damnationem subierunt. Est igitur opinio absurditate plena quam maxime.

Respondent alii: sufficere consensum majoris partis ecclesiæ. Belle quidem. Quis est tanta auctoritas Ecclesiæ, ut suo arbitrio velit Ecclesiæ numerare, & in partes dividere? Deinde partem unam ad infallibilitatem fidei probare, alteram ex cerebro rejicare? Tanti ne est Academia aliqua, vel Clerus? Vos Fideles, vos Episcopi, qui inter infideles, vel hereticos usque ad sanguinem dimicatis, placide sustinetis, si vobissem non est communis auctoritas instituendi infallibile iudicium Papæ. Non placet uni Academia, non placet uni Clero hanc libertatem donare. Demus tamen hoc grande commentum. Quis erit iudex in numerazione hujusmodi majoris partis Fidei, vel Episcoporum, ut inde compertum existat omnibus Christi Fidelibus, pervenitum esse ad fidei obligationem? Nemo respondet. Nemo se prodiit. In meride, & in via oculis capti Andabatur more contendimus. In toto orbe, praeter unam Academiam, praeter unum Clerum, omnes proficuntur, & conclamant suam quidem obedientiam Apostolicis dogmaticis decretis devovere, nunquam tamen intendere consensum ullam præfare, qui ad necessitatem infallibilitatis qua-

L qua-

(1) Epist. 59. (2) Epist. 63.

quaversum concurrat. Attamen velint, nolint; exteri fideles, vel episcopi trahuntur ad causam; & suum prstantes consensum singuntur. Miras est! Major pars Ecclesie, immo pene tota infallibilem dicit, & credit esse Pontificem Romanum, nullo precedente consensu Ecclesie. & nihilominus ex tripole minima pars Ecclesie pugnat acriter, & sustinet, quod consensum debet praefare. Solvit nodum, qui haec pugnantia profer.

Respondent alii; sufficere consensum episcoporum unius Provinciae, ut fideles adstringantur ex fidei debito infallibili Papae iudicio se subiaceat. Juxta hoc placitum infallibilitatem Pontificie dependet a consensu unius Provinciae, sive sit Metropolitanus, sive sit Nationalis, nihil moro. Bifurcari hoc intelligi potest. Vel quod ita consensus reddit ubique infallibile de fide iudicium Pontificis, vel quod tantum de fide sit in illa Provincia. Si primum intelligatur, proboscopus est exteri Ecclesie suam fidem mutavit ab Ecclesia & qualis ordinis, & non a Pontifice Romano, qui est caput omnium Ecclesiarum. Idcirco comitemur hoc ex ipso concidit. Si vero intendatur constitui tantum infallibilitatem in illa reione, & pro fidelibus illius Provinciae dura admodum res est, ut in frusta veluti dividatur fides, quin in una fide omnes necesse sit convernire. Rursus quid dicendum in casu quo episcopi illius Provinciae, vel nationis inter se discordes fuerint, tum in praescendo consenserint, tum in explicando Pontificiam Constitutionem? Quid si episcopi praefito prius praeponerentur, & publicato constituto, mox inconstantes uruumque revocaverint, & fidem prius insitam in populis funditus eradicaverint? Quid dicendum est? Forfasse me ludere quis sentit. Sed experientia didicimus haec omnia pessime celsisse in Gallis in mota questione contra dogmaticam Confutacionem Clementis XI. incipiens Unigenitus Dei Filius. Res sane luctuosa, ipsi Gallicani episcopis boni, & qui cultoribus invisa, & nigro signantur lapilo.

Vel igitur hoc placitum est pura Conclusio ex privato sensu ducta, vel ex fidei principiis derivata. Si primum, non arbitratur subditi, neque illius Provinciae, vel nationis, obsequium fidei prestat. Si secundum, cur non arbitratur totius orbis fideles? Forsan liberum est jocari in iis, que ad fidem speulant, & ad quilibet ventorum statum variare sententiam, in evidentem animarum perniciem?

Respondent alii; neque sufficere qualemque consensum episcoporum, ut probetur, infallibile esse Pontificis Romani iudicium; sed insuper opus est, ut præhabito concilio, & examine, episcopi, vel divisum, vel conjunctim proferant pro sua auctoritate, ex tribunali, sententiam. Ita in pluribus sparsis pagellis per Gallias evulgitas ab eboribus Pontificis laudata Constitutionis Unigenitus legere est, contra monitum Augustini precepientis. (1) Nolus affirmare audeat, quod nec divina ratione comprehendit, nec humana auctoritate defendit.

Arbitrarius omnino videtur hoc placitum, nulla auctoritate suffitum, & plurimi incommodis diffensionis, & schismatis obnoxium, quemadmodum antedicta experientia est comprobatum. Ecclesiam Romanam a primordiis declaratum esse a Patribus Matrem, Magistrum, & originem omnium Ecclesiarum, ex Pontificis Romani sola auctoritate inspecta, ex qua iugis conservatio Catholica traditionis dimanat, novimus. Praeclare,

(1) de Anim. & ejus crig. I. 1. c. 13. (2) I. 3. c. 3. adv. haer. (3) I. 3. c. 5. cont. Ruffin. (4) Epist. 8. c. 9. (5) Optatus Mil. c. 2. cont. Patrem. (6) De Bapt. cont. donat. hq. c. 19.

§. IX.

Cujusdam Recentioris opinio falsitatis convincitur.

Ad propositum in praecedenti Paragrapho quantum sit, Respondet recens opinator, sibi persuadens Pontificiam infallibilitatem componi per accessionem Ecclesie particularis Romane. Lepide fatus. Ecclesia hac Romana, sive in suo Clero, sive in suis subditis, sive in Episcopis adjacentibus, sive in sacro Cardinalium Collegio spectata, proficitur omnino, Pontificem Romanum ex Cathedra loquentem semper fuisse, & esse per se ipsum, hoc est ex speciali Spiritus Sancti auctoritate illum movente, & dirigente, infallibile, ex privilegio ab Christo Petro, eisque Successoribus collato; quo inconcuso principio rejicit, damnat, execratur cuiuscunque consensus accessionem, qui non sit pura obedientia. Attamen vel invite imponatur eratum, certe ex orco,

DISSERTATIO PRIMA.

83

orco, privilegium conficiendi suo consensu infallibilitatem Papæ. Quis in suspicionem non veniet, per omnes fraudes, & vias etiam contra ipsam Ecclesiam Romanam intentari ad evertendum castrum avita fidei? Verum immota stat petra, supra quam fundata est, concuti potest, perdi non potest.

Tota halieutinatio in eo sita est, quia laudatur a Patribus Ecclesia Romana, ut Mater, & Magistra veritatis, atque totius traditionis fidelissima custos: unde ab illa promanare debet infallibilitatis complementum, per suum consensum adiectum. Perperam omnia.

In Concilio Florentino edita fuit definitio fidei, in qua haec legimus declarari: *Differimus Sanc-
tam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem
in Universum orbem tenere primatum, & ipsum
Pontificem Romanum successorem esse Beati Petri
Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium,
totiusque Ecclesie caput, & omnium Christianorum
Patrem, ac Doctorem existere, & ipsi in Beato Pe-
tri pacendi, regendi ac gubernandi Universalem Ecclesiam,
a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatim
traditam esse, quemadmodum, & in gefis
ocumenicorum Conciliorum, & in sacris Canonibus
continetur. Hæc est fides Ecclesie Romanae. Co-
lere se proficitur Ecclesie Romana Pontificem
Romanum, ut omnium & suum caput: ut omnium,
& suum Patrem, Doctorem, atque Ma-
gistrum. Proficitur se esse filiam, & discipulum,
& membrum: Ut membrum suo capitoli subdi, ut
discipulum suo Magistro credere, ut filiam suo
Patri obediens palam explicat, & declarat.*

Omni mentis, & animi affervatione confiteatur Ecclesia haec Petro, & in Petro ejus successoribus privilegium singulare consensum suisse a Christo pacendi omnes oves, confirmandique au-
toritate sua omnes Fratres indefectibilis scientia
pabulo, & indefectibili sententiæ adeo ut ipse Pe-
trus, & quilibet successor ex speciali assistentia
Spiritus Sancti nec fallere, nec falli possit docen-
do ex Cathedra. Confitetur hujusmodi. Privile-
gium nemini alteri esse communicatum, ita neque
Ecclesia dispersa, neque ipsa Generalia Con-
cilia possint quicquam indeclinabilis, & irretra-
bili judicio definire, vel statuere, quod a Ponti-
fice Romano finali, ac peremptorio sententia
ratum non fuerit habitum, & confirmatum: Uti
etiam testati sunt Socrates, & Sozomenus, &
acta ipsa Conciliorum. (1) Socrates quippe ait,
loquendo de Arianio Concilio Antiocheno: *Ju-
lius Episcopus Romanus neutiquam aderat, neque
quemquam, qui ejus locum suppleret, destinavit;* Cuiusque regulæ ecclesiastica jubet: *Non oppor-
tere preter sententiam Romani Pontificis Concilia celebri.* Quia a Sozomeno confirmatur, narrante:
(2) Legem esse a Sacerdotis dignitatem spe-
stantem, que pronuntiat, acta illa irrita esse, que
præter sententiam Episcopi Romani constitutur. Et
ipsius pronuntiatione legitur est, (3) apud S.
Leonom, apud S. Nicolaum I. & alios.

Profitetur Ecclesia Romana nihil posse conferre ad infallibilitatem Pontificis Romani, vel suum, vel totius Ecclesie consensum, quoniam Patribus nil valeant oves adiicare, quam audire vocem, & regimini subdi: quoniam Magister atque doctori nil possint discipuli, & clientes adjungere, quam discere, & credere: siueque assensum non aliud operari, quam captivare intellectum in obsequio haustæ fidei.

Serry Tom. V.

(1) L. 4. hist. trip. cap. 9. (2) I. 3. hist. cap. 9. Phot. (3) S. Leo ep. ad Marcian. Imp. S. Nicol. I. ep. ad Carm. de ingratis. (4) Serm. in Nat. Apoll. Petri & Pauli. (5) Serm. in Nat. Apoll. Petri & Pauli. (6) Epist. 47. ad Galliæ Epis. (7) Concil. Galliæ tom. 3. pag. 259. (8) Epist. edit. ab Holsten. (9) Serm. 107. (10) In Brevi Beatiat.

L 2 pura

pure obedientia era infallibilem Papæ sententiam.

Ad hæc collimant verba Gersonis, si sibi constans esse velle, (1) de statu Papali differentes. Status Papalis institutus est a Christo supernaturale, & immediate, tanquam primatum habens Mænarchium, & Regalem in Ecclesiastica Hierarchia; secundum quem statum unicum, & supremum ecclesia militans dicitur una sub Christi; quem statum quisquis impugnare, vel diminuere, vel aliud ecclesiastico statu particulari coequare presumit, si hoc pertinaciter faciat, hereticus est, schismatis, impius, atque sacrilegus. Cadit enim in heresim toties expresse damnata a principio nascientis Ecclesia usque hodie, tam per institutionem Christi de Principatu Petri super alias Apostolos, quam per traditionem totius Ecclesie in sacris eloquii suis, & Generalibus Conciliis. Gersoni adhæsit Academia Parisiensis, qui in articulis contra Lutherum exposuit: Unum esse Iure divino sumnum in Ecclesia Christi militante Pontificem, cui omnes Christiani parere tenuerint. Ergo si omnes parere tenuerint, nullus confensus mediare potest, neque requiri, qui infallibilitatem judicij perficiat, ne in incertum obedientia incidat, & in discrimen veniat; ne avulso confusa, vel in longum dilato ipsa obedientia frustretur. Ceterum egregie congruit argumentatio divi Hilarii, quam Constantius exposuit circa pugnam excitatam suo tempore inter dissidentes Arianos, dicentes: (2) dum in verbis pugna est; dum de novitatis quæstio est; dum de ambiguis occasio est; dum de Autoribus querela est; dum de studiis certamen est; dum in Confusa difficultas est; dum alter alteri anathema est; caput, prope jam nemo Christi est. In certo enim doctinam vento vagamus, & aut dum docemus, perturbamus, aut dum docemus, exramus.

§. X.

Argumenta petita ex Monumenis Ecclesiasticis diluvuntur.

ROMANOS Pontifices, quum ex Cathedra ducent, infallibilis quidem diximus, & ex traditione vindicavimus. Ceterum suis infirmatibus obnoxios esse non diffitemur, quemadmodum legimus Petrum a Paulo reprehensionem fuisse, quia reprehensibilis erat, ut ipse Paulus ad Galatas scripsit. Quum enim Petrus Antiochiae substitisset, (3) prius quam venirent quidam a Jacobo, cum gentibus edebat: cum autem venissent, subtabebat, & segregabat se, timens eos, qui ex circumcisione erant. Quod expeditus Tertullianus (4) plane, inquit, reprehendit; non ob aliud tamen, quam ob inconstantiam virtutis, quam pro personarum qualitate variabat, timens eos, qui erant ex circumcisione; non ob aliquam divinitatis perseverationem, de qua & alius in faciem restitisset, qui de minori causa conversationis ambiguitate, Petro ipsi non peperit. Si potius subinde Petrus, gratia adeo eminenti donatus, conversationis, non doctrina defecit, quomodo ceteros Petri successores ab omni labe purgabimus? Dicit stenus pro infallibilitate Romani Pontificis ex Cathedra docens.

Ad labefactandam Patrum traditionem, qua de re agitur, afferunt adversarii exempla Ecclesia Asiatica, & Ecclesia Africana, quarum Episcopi, etiæ sancti ignes, & sapientia præclaris, refragari non dubitamus Romanorum Pontificum generalibus constitutis ad fidem spectantibus,

ex

(1) De Stat. Ecclef. Confid. 1. (2) Apol. 2, ad Constant. (3) Ep. ad Gal. c. 2. (4) L. 5. cont. Marcion. c. 3. (5) Epiph. hæret. 70. (6) L. 4, c. 13. & L. 5, c. 22, & seqq. (7) Beda hæret. Anglor. 1, 2, c. 19. (8) L. 3, c. 14, & 17, & alib.

ex narratis. I. Quod Episcopi Asiatici, tum Scotti, & Britones in errorem manifestum prolapsi sunt. II. Quod deinde aucta contumacia hæresis emersit. III. Quod Scotti, & Britones nondum clara fronte Romanos Pontifices contempserunt, sed etiam ipsum Generale Concilium Nicænum. Hinc si adversarii contendunt evincere ex inobedientia Asia Eccleiarum erga Viñorem PP. non suisse illis probatan infallibilitatem Papæ, ex inobedientia quoque Eccleiarum Anglicanarum erga Concilium Nicænum, colligere coguntur, tunc temporis minime compertam suisse infallibilitatem Concilii Generalis. Quod certissime adversarii non probabant. Ecce suo ene jugulant, & incident in foveam, quam faciunt.

Ceterum communis responsum est, quid humani pafos fuisse utroque Episcopos, qui traxerunt greges suos simul in errorem splendidia illa traditione, quam audierant a S. Joanne Apostolo originem ducere. Credebant proinde questionem versari in re discipline duxatax, in qua liberum esset suos ritus sequi. Abrepti deinde in abundantia sui sensus, quemadmodum minime cogitare de debito obsequendi, & veritati rei, & Victorii Romano Pontifici, præcipiente Apostolo. (1) Obedientia prepositis vestris, & subiacete eis; ita quoque non cogitarunt de infallibilitate Victorii PP. quam nefas erat prætermittere. Si error, si ignorantia, si hæresis valeant infallibilitatis traditionem, & veritatem delere, ipsi adversarii judicent. Sel enim hoc admiso, alium est etiam de ipsa veritate Sacra Scriptura.

Non abhui laborat æquivocatione alterum exemplum defusum ex contentionem mota a S. Cypriano adversus decretum S. Stephani I. quo statutum fuit, esse contrarium universa traditioni rebaptizare hæreticos ad fidem Catholicam conversos. Res ita contigit. Sedente Romæ Stephano Sæculo III. æra Christianæ, S. Cyprianus coacto Carthaginæ Concilio errorem ab Agripino decepsisse Episcopo, inventum de rebaptizandis hæreticis, initauravit, & datis Synodis Episcopis, immoderato studio etiam S. Firmilianum Episcopum Cæsareum in Cappadocia, & S. Dionysium Episcopum Alexandrinum in suam traxit sententiam. Stephanus pro mero fecit, veritique ne in hac re innovaret vetus traditio, qua semper probatum fuerat baptisimus vel ab hæreticis collatum. Ægle tulit Cyprianus Stephani decretum, & acius quam par erat, illud perfringens, ad Pompejum scriptis in hac verba: (2) Nam inter cetera vel superba, vel ad rem non pertinentia, vel ipsi sibi contraria; que imperit, argue improuide (Stephanus) scripsit, etiam illud adjunxit, ut diceret: Si quis erga a quacumque hæresi venerit ad nos, nibil innoveret, nisi quod tradidimus eis, ut manus illi imponatur in penitentiam. Quis itaque conficerit, Cyprianum (aliisque illius artatis) credidisse infallibilem in docendo Romanum Pontificem, quem tot lacessivit conciui? Ita arguant adversarii.

Homines enim famus, inquit D. Augustinus de S. Cypriano errore: (3) Unde aliquid alter sapere, quam res se habet, humana tentatio est. Nimirum autem amando sententiam suam, vel inviando melioribus usque ad præcindenda communicationis, & condendi scismatis, vel hæresis facilius pervenire, diabolica presumptio est. In nullo aut sapere, quam res se habet, Angelica perficie est. Dicunt illi, qui contumaciam suam erga Sedem Apostolicam exemplo S. Cypriani tuerunt: sed dicunt se ipsos probare, an fuso sanguine per Martyrium

(1) Ad Hebr. 13. (2) Ep. 74. (3) L. 2, de bapt. cont. donat. c. 5. (4) Ib. l. 2, c. ult. (5) August. l. 4, de bapt. cont. donat. c. 8. (6) Ep. 40, ad Plebem. (7) Ep. 35, ad Cornelium. (8) Common. adv. hæret. c. 9. (9) Ep. 58. (10) Cont. Mend. c. 9.

§. XI.

Nonnulli Romani Pontifices ab impactis erroribus vindicantur.

In relata controversia, ac disceptatione de non rebaptizandis hæreticis inter S. Stephanum I. & S. Cypriano exorta, contendit, sanctum Pontificem datis litteris ad Jubajanum episcopum scriptisse, non esse rebaptizandos hæreticos, dummodo in nomine Christi baptizati fuerint. Edicetus S. Cyprianus ab Jubajano de rescripto S. Stephani, abreptus calore mota questionis intellectus, Stephanum baptismum approbat in nomine filius Christi collatum, suppressa scilicet in voca-